



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 60. Dracki navigatio circa universum orbem, ejusque redditus in Angliam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](#)

Sæc. XVI.  
A.C. 1580.

res divulgarentur libri, in quibus summus Pontifex, atque Hispaniæ Rex Religionem Catholicam in Anglia restituare accusabantur, ac Catholici Angli horum propositum promovere admonebantur, hinc Regina aliud edictum promulgari jussit, quo speciatim hæc exponebat: „Haud incognita mihi sunt „hostium meorum molimina, nihilominus adjuvante Deo, & opitulantibus „subditis meis tam domesticis quam exteris insultibus resistendo me parem „cerno.„

§. LX.

*Draki navigatio circa universum orbem, ejusque redditus in Angliam.*

*Thuan l. 71. Cambden de Britan. He-  
volog. Angl. Spond. hoc ann. n° 24.  
De Franc. Drakii navi-  
gatione.*

Hoc anno Mense Novembri Franciscus Drackus, qui exeunte anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo Plimutho Angliæ portu folvit, circumnavigato terrarum orbe reversus est: porro hic anno millesimo quingentesimo septuagesimo octavo die quinta Aprilis in Brasiliam venit non nisi tres naves secum ducens, earum enim duas fæva tempestate jactatas amiserat, suppelæctili tamen, ac militibus periculo ereptis: die autem vigesima secunda Augusti fretum Magellanicum subiit, alto mari se se committens, uni multas

multas prætervectus regiones in illis <sup>cenl. XVI.</sup>  
maximam auri, argentique vim, ac <sup>A.C. 1580.</sup>  
pretiosas merces Hispanis eripuit. De-  
mum illum in Angliam reversum Elisa-  
betha equestri honore decorabat, pran-  
diumque in eadem prætoria, qua Dra-  
kus ingens hoc iter confecerat, sume-  
re dignabatur: Rex vero Hispaniæ per  
Bernardinum Mendoza Oratorem suum  
de Dracko questus illum, quod per re-  
giones Hispano imperio subditas navi-  
gare præsumperit, accusabat, simul-  
que omne aurum Hispanis ablatum  
restitui petebat: ait Regina Philippo  
respondit: „Drakus coram legitimo ju-  
„dice, quotiescumque petetur, re-  
„spondere paratus eit: Hispanticum quo-  
„que aurum, argentumque in sequestro  
„reponam, ut Hispanis satisfieri queat,  
„quamvis illud pleno jure impendere  
„possem contra rebelles, quoſ Hispani-  
„niæ Rex, & Papa indies aduersus me  
„excitant: de cetero plane ignoro, quam  
„ob cauſsam Principes illi, qui Romani  
„Pontificis auctoritatem non reverentur,  
„non æque, ac Hispani in Indiis merca-  
„turam exercere queant, quippe ae-  
„ris, marisque uſis omnibus commu-  
„nis est, nec regiones, & maria distri-  
„buendi jus Pontifici competit, cum  
„ipse horum Dominus non sit.,“ Nihilo-

Q q 3 mi-

Sæcul XVI  
A. C. 1580

minus Regina quamdam hujus thesa-  
ri partem restituit.

§. LXI.

*Anabaptistarum Regnum per Ioan-  
nem Guilielmum Ruremundenum  
redintegratum.*

*Thuan. l. 71.* Jam alibi de conficto Monasteriensium  
*Arnold.* Anabaptistarum regno, necnon de  
*Meshov.* Joannis Leidensis, Georgii Davidis,  
*Hist. Ana-* Melchioris Hofmani, aliorumque re-  
*bapt.* *Joan.* gime, & suppicio mentionem fecimus:  
*Oltii anual.* postquam vero Joannes Cerdonus Bru-  
*Anabapt.* xelliis laqueo suspensus periit, & Cornelius Apelmanius Ultrajecti eodem sup-  
picio vitam finierat, tamdiu pernicio-  
sum hoc regnum Successore caruit, do-  
nec Joannes Guilielmus Ruremundenus  
cujusdam Sacerdotis filius a Deo ad re-  
staurandum Anabaptismum, atque ad  
puram doctrinam Monasterii innovan-  
dam sese admonitum fuisse jacetitaret.  
Hic idem spondebat, quod intra ex-  
iguum temporis spatium novae Jeru-  
alem regnum stabiliretur, & populus a  
Deo illustratus regiones esset occupatu-  
rus illorum, qui perperam de Divini-  
tate sentiunt, sicut olim Israelitae Ca-  
nanæis suas ditiones eripuerunt: in-  
super librum conscripsit, in quo ad Ma-  
hometis exemplum polygamiam indul-  
gebat, ut vero tam ipse, quam ejus

Secta.